

iura, libertates, concessionones et gratias sibi a nostris predecessoribus inclitis imperatoribus et regibus Romanorum illustribus traditas et indultas innovamus, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostre innovationis, approbationis, ratificationis et confirmationis paginam infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui attemptare presumpserit, gravem nostram indignationem se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Wienne, Kal. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo decimo septimo, regni vero nostri anno tercio.

Auf der Rückseite: confirmacio F. regis ad omnia. Mit wohl erhaltenem Majestätssiegel an roten und gelben Seidenfäden.

XLIV. Weiteres Privileg für denselben. 1317 Aug. 1.

Or. Hausarchiv K. 40 L. 1 n. 60.

Fridericus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus imperpetuum.

Nutu divino regali prefectos fastigio erga cunctos | benivolos et fideles et precipue circa sublimes, generis nobilitate pollentes et qui copiosa favoris et gracie in oculis regiis incrementa suis virtutibus meruerunt, decet et expedit esse munificos et ipsorum vota per optimam graciaram in principe benignam clemenciam piis favoribus prevenire. Sane cum spectabilis vir Reynaldus comes Gelrie dilectus noster, in quo nobis bene complacuit, nobis et imperio placide servitutis obsequia exhibuerit et inantea impendere valeat pociora, ad que consideracionis nostre intuitu merito convertentes, eidem Reynaldo comiti Gelrie et heredibus suis super castro et opido Nouimagensi, que pro pignore tenet ab imperio, sex milia marcarum argenti puri accumulantes sorti prius sibi pretextu dicti pignoris debite augmentamus. Ad hoc eidem Reynaldo comiti Gelrie de benignitate regia indulgemus, ut stratam, semitam sive viam dictam dich, quam secundum indultum dive recordacionis domini Heinrici imperatoris predecessoris nostri²

1) Bisher nur im Regest bei Böhmer, Regesten 1314—1347 S. 332 n. 278, nach Redinghovens Abschrift mit einer falschen Namensform. Vgl. die Urkunde oben n. XXXIII. 2) S. oben S. 303 Anm. 1.